



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita Ioannis Berchmanni Flandro-Belgæ Religiosi  
Societatis Iesv**

**Cepari, Virgilio**

**Antverpiæ, 1630**

Quantæ fuerit obedientiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46083](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-46083)

villam venialem culpam: postremum, potuisse se semper de internis animi sui rebus cum Superiore, tamquam cum ipso Deo, tractare.

Quotiescumque, religionis ergo, poenam aliquam decerni sibi à Superiore petebat, supplicem se cuiuscumque Superioris genibus aduoluebat. Numquam defugiebat vilius rei sibi impositæ administrationem, sed absque omni recusatione suscipiebat. Iussus ministrare Sacro Sacerdotis cuiusdam, qui benè diu faciebat, & incommodâ studiosis horâ, pluribus id mensibus egit, nihil umquam questus. Alias ægro in ministrum datus, qui Sacris incertâ, pro valetudine, horâ operabatur, cùm ædituus se molestiam illius dolere diceret, At mihi, inquit, numquam molestum est ministrare Sacris. Quoties ad Ædem Iesu seu sollemnis seu priuati Sacri caussâ mittebatur, ingrediendo egrediendoque Sacrarium, breuem semper orationem genibus fundebat flexis; ac si remanendum diutiis foret, in angulum Sacrarij silentio se recipiebat, voluebatque aut Rosarij sphaeras, aut libellum suum sacrum, aut Psalmos tacitus recitabat.

Cùm in Professorum Domum quempiam comitatum mittebatur, ex eo sciscitari solebat, multine temporis res esset quam tractandam haberet: illique se tempori aptans, tantis-

*Obedientia  
quantæ.*

*P. Ioannes  
Baptista  
Ferrati.*

*Marcus  
Anton.  
Doria.*

tantisper in Templo orabat , lapsoque iam propè spatio ad portam orans legēsve operiebatur, ut socio reddituro præstō esset.

Gaudet se ijs comitem iungi qui per fo- *Gaudet in  
ra Dominicis Festisq; diebus conciones Ro- plateis &  
mæ cogunt ad tradendam doctrinam Chri- foris care-  
stianam. Alumnos nostros Scholasticos, qui- chesim do-  
bus nondum concessum est aliorum procu- cere.*  
rare salutem, aiebat, si miles esse molossis illis fidelibus , quos heri catenâ vinctos domi co- hibent ; sed diebus Festis solutos mitti in for- rum ad allatrandos peccatores . Contigit fortè eum mitti concionatum die Festo ali- quo in loca vicina Mariæ de Montibus . Hic in satellitium quoddam incidit rixâ conten- titionibusque egregiè inflammatum ; simul alij nonnulli ( quibus illic ludendi cupiditas in- cesserat ) cessuros se loco negabant, iubebant- que facesse Ioannem cum suâ , quam in- sistere nitebatur , sedeculâ ; affirmantes sibi constitutum esse ludere, non verba audire.

Ioannes nullo commutato verbo , in pro- *Fiducia in  
ximam Virginis ædem ingressus , orationi se beatissimā  
dat , moxque reuersus , atque ad dicendum Virginem*  
animum comparans, monetur à socio, videat ne contumeliam aliquam insignem à petu- lantissimo illo hominum grege accipiat : at ille socio, Ne dubita, inquit, nam ego de bea- tissimæ Virginis ope sic spero fidoque , vt

I 4 simul